



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LXXVII. Sancti Patris Benedicti. M.XCVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

Christophorus abb. Prumensis.

mani Imperij decus Reverendissimus & Illustrissimus Dominus Christophorus, celeberrimi Prumiensis Archistarri meritissimus Abbas, Comes de Manderscheidt; vir non minus omni Virtutum cultu, & eruditionis laude, quam Generis sublimitate & antiquitate præstantissimus. Ipsum hisce breviter verbis monumenta ejusdem Cenobij celebrant: *Fuit sacrarum humanarumque litterarum peritissimus, moribus castis, conversatione devotus, Monastice Discipline promotor servidus, humilitate exemplaris, quippe qui Episcopatum Leodinensem [ecce primærum Benedictini Ordinis in tanto rei ciendo Principatu, Spiritum] ultro sibi oblatum, constanter recusavit, Orator fuit egregius, ita ut etiam imparatus & extemporaneus, in solemnibus Imperij Comitijs, Oratore suo obmutescente, ipse max taliter peroraret, us Imperator, omnesque Principes toti obstupeferent, & Principem hunc supra modum laudarent & colerent. Vita exces sit exemplar absolutissimi Præfus & Pastoris 28. Augusti, præsentis anni, susceptis devotissime omnibus Ecclesiæ Sacramentis, cuius memoria est in Benedictione. Ex monim. ejusdem Cenobij.*

Franciscus de Machado.

In Hispanijs celebre admodum nomen est R. P. Francisci de Machado Abbatis Tomaraensis, viri cum ob singularem eruditionem, tum egregiam vitæ integratatem non solum suis reverendi, sed Principibus charissimi, cuius etiam opera in rebus magni momenti utebantur. Reliquit aliquot egregij ingenij monumenta, qua inter duos præstanti eruditione libros, contra juratissimam Christi Divinitatis hostem, gentem Judæorum; librum item Epistolarum ad Henricum Lusitanæ Principem sacra Rom. Ecclesiæ Cardinalem, postea Regem. Duos etiam libros rerum gestarum & vitæ sanctissimæ Beatarum Teresæ & Sanctiæ Reginarum sanctimonialium Regulam S. P. Benedicti sub sacra Cisterciensi Reformatione professarum, in quarum acta, jussu Sebastiani Portugalia Regis sedulo indagavit. *Chrysost. Henrig.*

Joannes Coquæ Abb. Morimund.

Mortalitate in hoc etiam anno exxit Joannes Coquæ Abbas Morimundi, Vir eruditissimus & zelosissimus, Doctor Theologus facultatis Parisiensis,

Rector olim Collegij S. Bernardi ibidem, Visitator Ordinis strenuus, & Reformationis per Galliam, Flandriam, Lotharingiam, & Sabaudiam promotor meritissimus, etiam Regibus pro Juribus Ordinis obniti non veritus, aeterna commendatione dignus. *Bern. Brito. Ang. Manrique, &c.*

*IESTU CHRISTI ANNU S.M.D. LXXVII.
Sancti Patris Benedicti. M. XCVII.*

*H*oc demum anno Vir verè Ad-

mirabilis sanctissimæ memorie Joannes de la Barriere Commendata-
rius antehac Abbas Fuliensis Monaste-
rij, cum antea Romanu profectus in-
tentionem suam Romano Pontifici di-
stinctius aperuisset, seque expecto-
rando, euindem merito in magnam
rapuisset admirationem, benedictio-
ne Pontificia recepta, latus ad suum
reversus Monasterium, cùm etiam non
unum solummodo, sed plures annos
fese tanquam novitium Tyrunculum,
per magnum vitæ rigorem strenue ex-
ercuisse & probasset, Monachum so-
lemniter professus, & ita quidem est,
ut non ex more suorum, sed ad amul-
sum & unguem sanctissimæ Regulæ,
minora æquæ ac in maxima servare pol-
liceretur. Servavit ut pollicitus Nu-
mini est, & ita quidem ut Redivivum
Restitutæ in integrum Benedictinæ Legis, & Primævi Spiritus exemplar ad-
mirationi omnibus esset; verè trium-
phati mundi, subactæ carnis, cacoda-
monis prostrati, ipsius ipsissimus tantæ
Victoria Trophæum, ipso quoque
Numine tanti viri conatus, non sine
prodigio approbante, cum Vir Illu-
strissimus, nullis proficientibus ad eum
usque suæ Professionis diem Medicorum
consilijs & remedij, morbo, quo
graviter laboraverat, Comitiali, ex
tunc liber prorsus & incolumis evade-
ret, totus deinceps in eo, ut Numini
suoque Archiparenti BENEDICTO,
creditos sibi de novo, & meliore nunc
titulo, Ascetas reconciliaret, suisque
& persuasionibus, & exemplo lucra-
retur. Egit hoc summa qua potuit
industria, & quibuscumque potuit mo-
dis, et si apud plerosque oleum perde-
ret & operam, tentandos nihilominus
omnium animos censuit, & incredibile
penè est, quantis artibus usus sit,
quantos labores pertulerit, quanta pa-
tien-

*Venerabile
Pastor effi-
citur.*

tientia aliquorum improbitatem, injurias contemptumque pertulerit, de cuius paulo post anterioribus conatus, audiemus. *Ex Vita & Monimentis Fulienorum & Amicissimo nobis Philippo Malabaya.*

Gerardus
de. Au-
maren-
sist.
merita.

Ipsò anno Illusterrimus & Revere-
rendissimus Gerardus Americurius no-
ster Audomarense, ex Monacho &
Abate Bertiniano Episcopus commun-
uem mortalium viam moriendo in-
greditur, relictâ nominis famâ immor-
tali. Vir fuit, teste Ferreolo Loc-
rio, pietate, prudentia atque libera-
litate commendabilis, studiosorum
que singularis amator: ac proin recte
de eo Joannes Molanus, libro de Ca-
nonicis 2. cap. 42. ita scribit: *Valde por-*
ro Seminario Clericorum erizando, occur-
rit illustre in Belgio exemplum Gerardi ab
Hammericourt Abbatis Monasterij Sancti
Berini, quod est intra oppidum S. Audi-
marii, & ejusdem oppidi primi Episcopi,
cujus ante paucos annos defuncti memoria
& Benedictione est: Is enim, nequam in
Episcopum postulatus, ac proinde ut Ab-
bas, non ut Episcopus (ecce quam acu-
ratè exponderet meritum in Monacho
dignum Episcopo factum doctissimus
æquè ac Religiosissimus Scriptor Mo-
lanus) in sua civitate incipit in honorem
Septuaginta duorum Discipulorum Christi,
pro totidem studiosis foundationem erigere,
ac dotare, ne unquam, aut Civitati, aut
Territorio Audomarense, boni & veri pa-
stores, ab Abate plerisque in locis nomi-
nandi decesserent. Ad quorum etiam insti-
tutionem, & totius Urbis sue maiorem or-
*natum, Episcopus factus, Collegium Soci-
tatis JESU ibidem & erexit & dotavit.*
Denique ut Seminarium illud non tantum
Seminarium sed etiam Plantarium esset,
in Lovaniensi Universitate domum esbru-
xit, quam Collegium Sancti Bertini dici
voluit, et si vulgo Collegium Audomarense
*dicitur, in quo sub regimine unus Pro-
fessis, in gravioribus disciplinis formantur,*
postquam in studijs inferioribus, sufficien-
ter instituti fuerint. Ita Molanus vi-
deatur Ferreolus Locrius, Claud. Ro-
bert. &c.

Promotor
in litera-
ria.

Matheus
Moullartiu-
s Episc. A.
trebat. Ur-
bem sole-
mer inv.

Ipsò anno, Calendis Octobris Mattheus Moullartius ex Gisleniano in Hannonia Abbatem, in Atrebatum Pontificem, ante biennium inauguratus, urbem magna Cleri Senatus Populique bitur. Atrebatenlis congratulatione solem-

niter Urbem ingressus, demandatam sibi spartam colere & ornare magno animo aggreditur.. Quo in munere, tanto cum splendore partes suas ges- sit, omnesque perfecti Episcopi nu- meros explevit; ut cum labore pieras, vigilancia, prudentia, modestia, con- tinentia, & ceteræ quas in vero Pasto- re requirit Apostolus virtutes, in eo certare de laurea viderentur.. Ut quantum in his duobus insimul Bene- dictini Ordinis Episcopis, uno eodem que tempore Germania nostra utilitatis, exempli, & fructus, & Redivivus in filiis suis Benedictus Pater solatij & gloriae habuerit, facilè animadvertas.

Moriuntur eodem hoc anno Hie- *Hieronymus*
ronymus Cosentinus ex nobili familia Serdalium Abbas Casinensis, *in rebus*
agendis, ut libro II. Virorum Illustr.
Casinatum legitur, *mirabilis*. Et Do-
minus Vitalis à Bononia, lumen singu-
lare sacræ familie nostræ oliverianæ,
dum in Principe Basilica Neapolitana
die cineralium pro concione labores
finiisset, vitam quoque finiens, omni-
um civium opinione Sanctus. *Ex Lan-*
celloto.

Ponit eodem anno exuvias mor-
talitatis Gregorius à Virnenburg San- *Gregorius*
cti Martini Trevirensis Monasterij Ab-
bas suffraganeus Archiepiscopi & Ele- *à Virne-*
ctoris Trevirensis, *Vir*, ut ejus loci An- *burg Abbas*
nales memorant, potens verbo & ope- *S. Martini*
re, pro Religione Catholica, miro fer-
vore laborans & pugnans, cum 15. an-
nis Monasterio utilissime præstisset,
pridie Iduum Junij extinctus.

IESU CHRISTI ANNIS. M.D.LXXVII.
Sancti Patris Benedicti M. XC.VIII.

Redivivus revera Benedictus in-
Christianissimo Galliarum Reg-
no, & Fulieni in primis Cænobio, sub
hunc ipsum annum, si uspiam alias à
to ab obitu Magni Patriarchæ secu-
lis, se prodidit, & re ipsa comproba-
vit. Joannes Barrerius, primævo Spi-
ritu succensissimus, cum nullis apud
plerisque suorum precibus quidquam
efficeret, ut ab honesta quidem, laxio-
re tamen, quam sanctissima require-
ret Regula, ad strictiorem eosdem vi-
tam persuaderet, accepta ab Romano
Pontifice licentia & benedictione, pro-
palatâ passim sanctâ suâ intentione,
plurimos undecimque eodem conci-
tatos

Eius merita
insignia.

Hieronymus.

Gregorius
à Virne-
burg Abbas
S. Martini
Trevir.

V. Joan.
Barrerij
merita.